

nemo desperet: multū quidem est: sed qui artifex cogitate. Ille refecit qui fecit: ille reformauit qui formauit. Iudicabit orbē terrarū in equitate: et populos in veritate sua. Que ē equitas et veritas: Cōgregabit secū electos suos ad iudicandū: ceteros autē sepabit ab inuicē. Positurus ē em̄ alios ad dexterā: alios ad sinistrā. Quid autē equus: quid verius: q̄ vt nō expectent misericordiā de iudice: qui noluerunt facere misericordiā: anteq̄ veniret iudex: Qui autē voluerunt facere misericordiā: cum misericordiā iudicabunt. Bicef̄ em̄ eis ad dexteraz positus: Venite benedicti patris mei p̄cipite regnū quod vobis paratū est ab origine mūdi. Et imputat opa misericordie. Esuriui enim et dedistis mihi māducare: sitiui et potastis me: et cetera. Rursus ad sinistras positus quid imputabit: Quia noluerūt facere misericordiā: Et quo ibunt: In ignem eternū. Iste auditus malus magnū gemitum faciet. Sed quid dixit alius psalmus: In memoria eterna erit iustus: ab auditu malo non timebit. Quid est auditus malus: Ite in ignem eternū: qui patus est diabolo et angelis ei⁹. Qui gaudebit ab auditu bono: non timebit ab auditu malo. Quomō gaudebūt ad auditū bonum: Venite benedicti patris mei. Et a quo auditu non timebunt: Ite in ignem eternū: qui patus ē diabolo et angelis eius. Hec est equitas: hec ē veritas. Iudicabit em̄ orbem terrarum in equitate. Et populos ī veritate sua. An quia tu iniust⁹ es: iustus nō erit iudex: Aut qz tu mēdax es: verax nō erit veritas: Sed si vis habere misericordez: esto misericors anteq̄ veniat. Dimitte si quid in te cōmissum est: da ex eo qd̄ abundas. Et de cui⁹ das: nisi de illius: Cū de illi⁹ das reddito est: si de tuo dares largitio cēt. Quid em̄ habes qd̄ nō accepisti: He sunt hostie deo gratissime: misericordia: hūilitas: confessio: pax: caritas: Has apportem⁹: et securi expectam⁹ aduētū iudicis: qui iudicabit orbē terrarū in equitate: et populos in veritate sua.

Explicit Tractatus de ps. CXV.
Incipit Tractatus de ps. XCVI.

Magna spectacula deus p̄bet cordi christiano: et quib⁹ vere nihil possit iocūdius inueniri: si tñ assit palatū fidei: cui sapiat mel dei. Credim⁹ omnibus vobis q̄ in saluatore nostrū toto corde credidistis: inesse spiritū eius qui vos delectet:

cum legunt p̄phetie ante tot annos prolata ex ore sanctorū: et post tot annos implete in fide gentium. Magnā enim iocūditatē tunc carpebant ipsi sancti p̄phete: cum ea iam videbant in spiritu: nō impleta: sed ad huc futura. Erat em̄ eis magna delectatio: sed tamē et ipsi p̄ caritate qua in nos accessi erāt q̄s nōdū videbāt: sed sp̄s p̄turiebant: volebāt si fieri posset in hoc tpe nobiscum viuere: et vidē impleta q̄ in spiritu p̄pheta bant. Inde dñs discipulis suis iam ista videre incipientib⁹: ait: Adulti iusti et p̄phete voluerūt videre q̄ videtis et nō viderūt: et audire q̄ auditis: et nō audierūt. Quis em̄ viderēt ista in sp̄s: tñ futura illis quodāmō formabant. Ap̄l̄s autē tā p̄sentia credebātur. Unde ille Symeon iust⁹ quidā sener: multū exultauit vidēs infantem Iesum: et agnosces in paruo magnū: et in exigua carne cognosces celi et terre creatorē. Adultū ergo exultauit: qz respōsum accepit non se exiturū esse de hac vita: p̄sq̄ videret saluatore dei. Agnouit ergo illū: iocūdat⁹ est: exultauit gaudio: et hoc ait: Bñe: nunc dimittis seruū tuū in pace: qz viderunt oculi mei salutare tuū. Magna est q̄ ista iocūditas: et hāc facit caritas. Belectati sum⁹ cū psalmus iste cantaref: et quedā ibi ab omnibus intellecta sunt: quedā vō quātū arbitramur: aut a paucis: aut certe nō ab omnibus. Simul ergo illū in isto sermone i quo vobis seruim⁹: cōsideremus: et videamus quāta dignatione nos deus lenificare voluit: p̄sentando que p̄misit: et nobis et nos exhibens veritatē p̄missis suis. **I**nscribit psalmus. **I**psi David: cū terra eius restituta est. Totū ad chustū reuocemus: si volum⁹ iter recte intelligētie tenere: nō recedam⁹ a lapide angulari: ne intellect⁹ n̄ ruinā faciat. In illo solidef: qd̄ instabili motu nutabat: in illo incūbat: qd̄ p̄ incerta pendeat. Quicqd̄ dubitatiois h̄ hō in aīo: auditū scripturis dei a chusto nō recedat: cū ei fuerit i illis v̄bis chust⁹ reuelat⁹: intelligat se intellexisse: Bñq̄ autē pueniat ad chusti intellectū: nō se p̄sumat intellexisse: Finis em̄ legis chust⁹ est ad iusticiā omī credēti. Quid ē q̄: et quō accipit i chustū cū terra ei⁹ restituta ē: Nā quō David intelligat chust⁹: facile est agnosce. Chust⁹ em̄ ex maria: et ex semie dauid: et qz ex semine ei⁹ futur⁹ erat: p̄p̄tea nomē eius i figura p̄phabat. Ergo David xp̄s: qz et interpretat David māu forti. Et q̄s tā manu fortis: q̄s

q̄ de cruce muñdū vicit: Mā post resurrecti-
onem ⁊ ascensionē eius: accepto spiritus fan-
cto: loquēbus aplis varijs linguis: cōmo-
ta multitudo eorū ip̄oz qui eū crucifixerāt
cōsiliū quesuit salutis: accepit: credidit:
ignotū est: donat⁹ est reatus sanguine chri-
sti: imptitus est potus sanguis christi: facti
sunt fideles eius cui⁹ fuerāt psecutores: cre-
diderūt in eū quē crucifixerūt: ⁊ ante quez
insultātes caput agitauerūt: eum ip̄m ca-
put habere voluerūt. Ita ergo restituta est
terra eius: q̄d habet titulus psalmi. Terra
em̄ eius iudea: ⁊ perierat ois iudea quādo
crucifixerat dominū suū: ignorātes freneti-
ci seuentes in medicū: et salutē infania re-
pellentes. Tanq̄ q̄ perierat iudea tota: cū
qua tota ip̄i etiaz apli trepidauerūt. Petr⁹
qui audaci dilectōe sequebat: timida nega-
tione ter negavit. Resurgēs in via quosdā
loquētes secum de se tales inuenit ip̄e dñs
Jesus christus: vt dicerēt illi querēt unde
colloquerent: Tu solus pegrinus es i hie-
rusalē: et nō cognouisti que facta sunt i illa
his dieb⁹: Quib⁹ ille dixit. Que: Et dire-
runt: de Jesu nazareno qui fuit vir p̄beta
potēs in ope ⁊ sermone corā deo ⁊ omī po-
pulo: Et quō eum tradiderūt summi sacer-
dotes ⁊ p̄ncipes nostri in damnationē mor-
tis ⁊ crucifixerūt eū. Nos autē sperabam⁹:
q̄ ip̄e esset redēpturus israel. Jā spem chri-
sti pdiderūt. Mō em̄ dixerūt: speram⁹ eum
redēptur⁹: s̄ sperabam⁹ q̄ esset redēptur⁹ isrl.
Ipe cū eis erat: ⁊ spes illi⁹ in illis non erat:
ostendit se illis: manifestat⁹ est etiaz ceteris
discipulis: visus cōtrectat⁹: et inuētus illis
quib⁹ iam perisse videbat. Reuocata ē fi-
des eorū qui ceciderāt: restituta ē terra ei⁹.
Beinde factis cū eis q̄draginta dieb⁹ ascē-
dit in celū: ⁊ sicut paulo ante cōmemorauit:
misso spū sancto fecit discipulos suos idio-
tas homies loqui omniū gentium linguis.
Lucilli p̄ quib⁹ nō frustra dixerat: Pater
ignosce illis: q̄ nesciūt quid faciūt: cōmoti
vt dixim⁹: quesierūt salutē: cōsiliū accepe-
rūt vt in eum crederēt: crediderūt vno die
tria milia: ⁊ rursus q̄nq̄ milia. Lepit ferue-
re p̄ iudeā ecclesia christi: vbi ferbuerat op-
probriū christi: ⁊ restituta ē terra eius. Sed
q̄ dixerat ip̄e: habeo alias oues q̄ nō sunt
de hoc ouili: oportet me ⁊ eas adducere: vt
sit vn⁹ grex ⁊ vn⁹ pastor: etiaz ad gentes ad
quas p̄bete missi nō erant: apli missi sunt.
Quesi sunt q̄ nō q̄sierāt: inuēti sūt q̄ nihil
expectabāt: quē nō tenebāt deum pollicita-

torē: inuenerūt redēptorē. Jā em̄ iudei te-
nebant deū pollicitatorē: q̄ ibi p̄bete chri-
stum pdicauerunt: vbi christū pmiserunt:
sed quē pmisum audierant: p̄sentē nō co-
gnouerāt. Illis autē pmisum nihil erat: s̄
tamē in p̄betis etiam de fide ip̄oz dictum
erat. Non dictū erat ip̄is: sed dictū erat de
ip̄is. Missum est ad illos ⁊ audistis ex dis-
pensatione dei. Jp̄a enim lectio mō vobis
lecta est in actibus apostolorū: quō Lētū-
rio Corneli⁹ credidit. Cornelius em̄ Len-
turio nō erat de gente iudeoz. Orabat: ie-
iunabat: elemosynas faciebat: nō illū dese-
ruit deus: q̄uis i gentib⁹ constitutū: ⁊ mis-
sus est ei angel⁹ q̄ illi nūciaret q̄ elemosyne
⁊ oratiōes ip̄ius accepte fuerint apud deū:
Credidit aduocato ad se Petro. Mūquid
nō illū poterat docere angel⁹? Adisit illū ad
Petrū: vt magi p̄ hoīem illi fides fieret: q̄
hoīes nō dedignat⁹ erat dñs visitare. Nec
dedignabāt docere p̄ hominē: q̄ dignatus
est esse hō. Sic q̄ restituta est terra ei⁹: vno
pariete veniēte de iudeis: altero pariete ve-
niente de gentib⁹: quib⁹ duob⁹ parietibus
de vniuerso veniētib⁹: esset ip̄e lapis angu-
laris vbi ambo copularent. Jterū quō ac-
cipim⁹ cū terra ei⁹ restitueret: Lum caro ei⁹
resuscitaret. Alius em̄ intellect⁹ tñ a chri-
sto nō recedēs sic potest nobis occurrere:
terra restituta: caro resuscitata. Post resur-
rectionē em̄ ip̄ius facta sūt ista omnia que
cantant in psalmo. Audiam⁹ iam de terre
restitutiōe psalmū plenum gaudio: excitet
nobis ip̄e dñs deus noster dignā tante rei
expectationē ⁊ iocūditatem. Jpe sermonē
nostz moderetur aptum cordibus vestris:
vt quicquid hic exultat cor nostrū in talib⁹
spectaculis pducatur ad linguā: et inde i au-
res vestras: deinde in cor vestrū: deinde in
facta vestra.

Expositio psalmi.

Dominus regnauit: Ille q̄ ste-
tut ante iudicē: ille qui alapas ac-
cepit: ille qui flagellat⁹ ē: ille q̄ cō-
sputus est: ille qui spinis coronat⁹ est: ille q̄
colaphis cefus ē: ille q̄ in ligno suspēsus ē:
ille cui pedēti i ligno insultatū ē: ille q̄ i cru-
ce mortu⁹ ē: ille q̄ lācea pcuss⁹ ē: ille q̄ sepul-
t⁹ ē: ip̄e resurrexit: Dñs reguit: Seuiāt q̄n-
tū possūt regna: q̄d sunt factura regi regno-
rū: dño omniū regū: creatori omniū seculo-
rū: An ideo cōtemnit: quia tam submissus
⁊ tam hūilis apparuit: Adificordia ē nō im-
potētia. Ille. n. hūilis apparuit cū eū cape-

Alia lra. t lezent. mus. Sed iam videamus. **D**ñs regnavit. **E**xultet terra: iocūdent insule multe. Est quidē: qz verbū dei: nō in sola cōtinenti terra p̄dicatū est: sed etiā in insulis q̄ cōstitute sunt i medio mari: z ipe plene christianis: plene sunt seruis dei. **N**ō em̄ sepat mare est qui fecerat mare. Quo naues pos sunt accedere: verba dei nō possunt. **I**mplete sunt insule: verūtamē possunt z i figura recte accipi: insule oēs ecclesie. **Q**uare insule: Quia circūlatraf fluctibus oim tēptationū. Sed quō insula vndiqz circūstrepentib⁹ fluctibus tūdi potest: frāgi nō pōt: magl magisqz ipa frāgit fluctus veniētes: q̄ frangat ab eis: sic z eccle dei pullulātes per totum orbem terrarū passe sunt psecutiones: vndiqz frementū infidelū. **E**t ecce stant insule z iā placatū est mare: iocūdent insule multe. **N**ubes z caligo i circuitu ei⁹: iusticia z iudiciū directio sedis eius. Quibus nubes z caligo i circuitu ei⁹: Quib⁹ iusticia z iudiciū directio sedis eius: Nubes z caligo impijs qui euz nō intellexerūt: iusticia z iudiciū fidelib⁹ q̄ in eū crediderūt. **I**lli em̄ p supbiā nō viderūt: illi p humilitatē dirigi meruerūt. **A**udi nubes z nebulā: et audi iusticiā et iudiciū: **I**pe dñs ait: **I**n iudiciū ego in hūc mūdū veni: vt qui nō vident videant: z qui vidēt ceci fiant. **Q**uid est qui vident ceci fiant: **Q**ui sibi videre vident: qui se sapiētes putant: qui nō sibi arbitrant necessariā medicinā: ipsi ceci fiant: ipsi nō intelligant. **Q**ui autē nō vident videāt: qui cecitatem cōfitent: illuminari mereant. **S**ic ergo in circuitu eius nubes: z caligo his qui cum nō cognouerūt: cōfitentibus aut z humiliantib⁹ se iusticia z iudiciū directio sedis eius. **S**edem eius dicit eos ipos qui in eū crediderunt. **B**e ipis em̄ sibi fecit sedem: qz in eis sedet sapiētia. **F**ilius em̄ dei: sapiētia dei ē. **A**udiuimus autē ex alia scriptura: magnū hui⁹ intelligentie documentū. **A**nima iusti sedes sapiētie. **E**rgo qz isti facti sunt iusti q̄ in eum crediderunt: iustificati ex fide facti sunt sedes ipius: sedet in ipsis iudicans ex ipis z dirigens eos. **Q**uare: Quia māsuētos inuenit veluti iumēta mitia nō recalci trantia: non collū supbum aduersus iuguz eius excutientia: nō flagellū eius recusantia. **F**acta sunt iumēta eius bona: mansuēta: et meruerūt quod dictū est in alio psalmo: **B**inget mites in iudicio: docebit mansuetos vias suas: **P**ropterea ḡ illis nubes

Alia lra. t correct.o.

z caligo: quia nō sunt recti: mansuetis autem iusticia z iudicium directio sedis eius. **I**gnis ante eum prebit: z inflāmauit in circuitu inimicos ei⁹. **B**e quo igne dicit fratres: **I**gnis ante eum prebit: et inflāmabit i circuitu inimicos eius: **N**ō arbitror de illo igne dici in quē mittendi sunt impij illa vltima iudicij sentētia: q̄bus ad sinistrā sepatis: sicut in euāgelio lectum meminim⁹ dicturus est: **I**te in ignem eternū: qui p̄paratus est diabolo z angelis eius: nō puto de illo igne dici. **U**n hoc nō puto: Quia de quodā igne dicit: qui p̄bit ante illū anteqz veniat ad iudiciū. **D**icitur est em̄ p̄ire ignem z inflāmare i circuitu: id est p̄ totum orbem terrarū inimicos ei⁹. **I**lle ignis post ei⁹ aduentū erit: iste autē ignis ante eum prebit. **Q**uis est ergo iste ignis: **P**ossumus eum accipere in pena malorū: possumus in salute redemptorū. **I**n pena malorū quomodo: Quia cum predicaret christus: irate sunt gētes: z cōmouerūt psecutionem: que ira ignis fuit magis cōsummens eos qui psequēbant: q̄ eos quos psequēbant. **C**um em̄ videmus duos: vnū trascentē: alterū patiēter ferentē: quis eorū ardeat: vestrū ē iudicare: **P**otestis i genere hūano tale spectaculū p̄tueni. **P**onite vob̄ añ oculos hoīem iniquū: cōmotū aīo: trucē vultu: flāmantib⁹ oculis: scintillātib⁹ verbis: ferri i homis necē: in dep̄dationē: i iniurias: in cōtumelias: nō se cape: nō se tenere: alterū patiēter excipientē v̄ba ac plagas: quicqd̄ ille inferre voluerit: et pcutiētī marillā parantē alterā: cū videris hinc furias: inde lenitatē: hinc irā: inde patientiā: hinc flāmas: inde tolerantia: dubitas pronūciare q̄s eoz ardeat penāqz patiat. **I**lle ne cuius corpus vexat: an cui⁹ aīa vexat: **P**ropterea z esaias p̄pha dixit: **E**t nūc ignis aduersarios comedet. **Q**uid ē z nūc: **A**n q̄ veniat dies ille iudicij magn⁹ iaz furore suo ardent: qui postea supplicio sempiterni illi⁹ ignis arsi sunt: **N**isi forte putatis fratres mei: qz iniusticia que p̄cedit ex homie ad ledendū alterū hominē: illi ad quē p̄cedit nocet: et illi de quo procedit nō nocet. **U**nde fieri potest: **A**liqñ facula ardēs apponitur ad lignum humidū z viride: z non illud incendit: ipa tñ ardet: sic z inimicus tuus. **S**i quis forte existit iniustus qui tibi moliat insidias: vel preparat aliquā molestiam: iniustus est. **T**u si viride lignum fueris: id est si succo spirituali vigenz z virens

Alia lra. t p̄cedet.

flammis inimicitiarum resistere oratio pro illo
 qui te persequitur: ille ardet: tu manes integer: et
 iniusticia illi illi nocet: tibi nihil nocet: nisi
 forte putas: quia nocet tibi si corpi tuo aliquid
 fecerit: et anima patiens et incorrupta ad deum
 coronanda peruenerit: sequens exemplum domini
 fuit: qui pati maluit a iudeis: et qui poterat non
 mori mortuus est: quia et qui poterat non nasci
 natus est. Tu enim conditioe natus es: ille volun-
 tate: tu conditioe mortuus: ille misericordia.
 Quod ergo illi nihil nocuerunt iudei: sic nec tibi
 quisquam persecutor inimicus: si tu elegeris esse
 membrum capitis illius. Ecce intelleximus ignem
 ante eum peccantem: id est hoc tempore intelligendum in
 pena quadam infidelium iniquorum: intelligamus
 ignem si possumus: et in salutem redeptorum. Ita
 enim proposueram. Idem ipse dominus ait: Ignem
 veni mittere in terram. Sic ignem quod gladium.
 Nam et quodam loco ait: non se venisse pacem mitte-
 re in terram: sed gladium. Gladium ad separationem: ignem
 ad visitationem: sed utrumque salubre: quia et gladium
 ubi ipsius salubritate nos separavit a consuetudi-
 ne mala. Gladium enim attulit et separavit unum-
 quemque fidelium: aut a patre suo qui in christum non
 crediderat: aut a matre filii infideli: aut cer-
 te si de parentibus christianis natus est: saltem a
 progenie sua peccata. Nemo enim nostrum non aut
 avum: aut patrem: aut aliquam antiquam originem
 in gentibus habuit: et in illa execrabili deo infi-
 delitate separati sumus ab eo quod eramus: sed gla-
 dium intercessit secernens non interficiens. Hoc
 modo et ignis. Ignem veni mittere in terram: exar-
 serunt homines credentes in eum: acceperunt flam-
 mam caritatis: propterea et ipse spiritus sanctus cum
 missus esset apostolis: sic apparuit: Ubi sunt illi
 inquit lingue diuise velut ignis: qui et insedit
 super unumquemque illorum. Isto igne inflammati ce-
 perunt ire per mundum: et inflammare: et incendere in
 circuitu inimicos eius. Quos inimicos eius?
 Qui deserto deo a quo facti erant: adorabant
 simulachra que fecerant. Ipsi incendebant: si ma-
 li erant ad presumptioem: si boni erant ad repationem:
 aut ipse incendebat qui nocebat credere illo
 igne: audito verbo dei factus peior: inuidia
 sua exustus atque presumptus: aut si conuerteret
 et crederet: nec sic in illo nihil arsisset. Arse-
 rat enim fenulum: ut purgaret aurum. Aurum fides
 est: fenulum carnalis concupiscentia est. Quis
 caro fenulum Esaias dicit: et ois honor carnis
 ut flos fenuli. Quicquid est ergo in homine carnali
 appetens vana et seclaria fenulum est. Quamvis for-
 te et fratres nostri ierunt ad theatrum: fenom ducti sunt.
 Nonne optatus est illis iste ignis: ut fenulum ar-
 deat et aurum purget? Quod enim illis inest fidei

fenom permittit. Bonum est ergo eis ardere secundo igne
 ut fenom consumpto splendeat preciosum quod re-
 demit christus. Ergo ignis ante eum sibilat: et in-
 flammat in circuitu inimicos eius. Sunt qui salu-
 briter arserunt: hodie fideles eius sunt: inimi-
 ci eius erant: et nunc iam fideles eius sunt. Quis
 inimicos: non sunt: consumpti sunt: arserunt. La-
 ritas consumpsit in eis quod persequabatur christum: et
 purgavit in eis quod crederet in christum. Et in-
 flammat in circuitu inimicos eius. Apparuerunt
 fulgura eius orbi terre: magna exultatio. Nonne videmus? Nonne manife-
 stum est? Apparuerunt fulgura eius orbi terre:
 inflammati sunt inimici: incensi sunt inimici: arsit
 quicquid dicebat: et apparuerunt fulgura eius
 orbi terre. Quod apparuerunt: Ut iam crede-
 rent. Ubi fulgura: Be nubibus. Que sunt nu-
 bes dei: Predicatores veritatis. Tudes
 autem nubem in celo: nebulosam: obscuram: et ha-
 bet intus: nescio quid latens. Si coruscat de
 nube: emicat splendor. Ex eo ipso quod contem-
 nebas inde exiliuit quod expauescas. Misit
 ergo dominus noster Iesus christus apostolos suos: predica-
 tores factos velut nubes: videbant homines
 et continebant: quod vident nubes et contem-
 nuntur: antequam de eis exiliat quod mirerentur. Erant
 enim illi primi homines carne portantes infirmitate:
 deinde idiotae: indocti: ignobiles: sed erat in
 illis quod fulguraret: erat in illis quod corusca-
 ret. Accedebat Petrus homo piscator orabat:
 et surgebat mortuus. Forma humana nubes
 erat: splendor miraculi coruscatio erat. Sic
 in verbis: sic in factis: cum miranda dicunt:
 et miranda faciunt: Apparuerunt fulgura
 eius orbi terre. Vidit et commota est ter-
 ra. Si enim non est verum: si non tota terra iam chri-
 stiana clamat amen: commota fulgoribus de
 illis nubibus erumpentibus: Vidit et commo-
 ta est terra. Montes fluxerunt sicut
 cera a facie domini: Qui sunt montes:
 Superbi. Omnis altitudo extollens se ad-
 uersus deum: factis christi et christianorum
 contremuit: succubuit. Et quando dico quod
 dictum est: fluxit: melius verbum inueniri non
 potest. Montes fluxerunt a facie domini velut ce-
 ra. Ubi est altitudo potestatis: Ubi duricia
 infidelium: Montes fluxerunt sicut cera a facie
 domini. Ignis eis fuit dominus: illi autem faciem eius
 sicut cera fluxerunt: tandem dum donec ignis
 ille admoueret. Complata est omnis al-
 titudo modo blasphemare christum non audeat:
 et paganus non in eum credit: non eum tamen blas-
 phemat: et si non dum factus est viuus lapis:
 tamen victus est durus mons. Montes

Alia tra.
 et Alluxerunt.

fluxerunt sicut cera a facie dñi. A facie do-
mini ois terra. Nō iudeorū tm̄: s̄ z gen-
tū: sicut dicit ap̄lus: Nō em̄ est indeorū tm̄
deus: sed z gentū. B̄ns ergo vniuerse ter-
re: dñs Iesus christus in iudea natus: sed
nō iudee tm̄ natus: qui anteq̄ nat⁹ omnes
fecit: z qui oēs fecerat: omnes refecit. A fa-
cie dñi omnis terra. Annūciauerunt
celi iusticiā eius: z viderūt omnes
populi gloriā eius. Qui celi annūcia-
uerūt: Celi enarrāt gloriā dei. Qui sunt ce-
li: Qui facti sunt sedes ipsius. Quō em̄ i ce-
lis sedet deus: sic sedet in ap̄lis: sic sedet in
p̄dicatorib⁹ euāgelij. Et tu si vis: celū eris.
Si vis esse celū: purga de corde tuo terrā.
Si terrenas cōcupiscētiās nō habueris: et
nō frustra respōderis: sursum te b̄re cor: ce-
lū eris. Si resurrexistis cū chasto: fidelib⁹
ap̄lus loquit: que sursum sunt querite: vbi
christus ē in dextera dei sedēs: que sursum
sunt sapite: nō que sup terrā. Lepisti sapre
q̄ sursum sunt: z nō q̄ sup terrā sūt: nōne fa-
ctus es celū: Carnē portas: z corde iā celū
es. Conuersatio em̄ tua in celis erit. Talis
annūcias z tu christū. Quis em̄ fidelū ta-
cet christū: Intēdat caritas vestra: putatis
qz vos soli stantes h̄ annūciam⁹ christū: et
vos nō annūciat⁹? Cū ad nos veniūt chri-
stiani: volētes esse quos nunq̄ vidim⁹: q̄s
nō nouim⁹: quibus nunq̄ p̄dicauim⁹? An
forte crediderūt nullo nūciante? Ap̄lus di-
cit: Quō credēt quē nō audierūt: Quō au-
dient sine p̄dicāte? Ergo tota ecclia p̄dicat
christū: z annūciant celi iusticiā ipsius: quia
omnes fideles quibus cura est lucrari deo
eos q̄ nōdūz crediderūt: z faciūt hoc ex ca-
ritate: celi sunt. Intonat de illis de⁹ iudicij
sui terrorē: z tremūt q̄ infidelis erat: z pauel-
cit z credit. Ostendite homib⁹ quid potuit
christ⁹ p̄ totū orbē terrarū: loquendo eis et
adducēdo eos ad amandū christū. Quāti-
em̄ hodie adduxerūt amicos suos: aut ad
pant̄homimū: aut ad coraul. 33. Quare nisi
amando illū: Et vos amate christū. Tāta
em̄ spectacula p̄buit: in quo nemo pōt di-
cere aliqd̄ se rep̄hensōis inuenire illū q̄ vi-
cit seculū. Nā z aliquādo quē amat quisq̄
in teatro: vincit in illo. Nemo vere vincit
in christo: nō est de quo erubescere: Arripi-
te: adducite: attrahite quos potestis: secu-
ri estote: ad eum adducitis. q̄ non displicet
videntib⁹: z rogat illum vt illumiet eos: z
bene expectēt. Annūciauerūt celi iusticiā
ei⁹: z viderūt oēs ppli gloriā eius. Cō-

fundant oēs qui adorāt sculptilia:
Nōne factū est: Nōne cōfusi sunt: Nōne
quotidie cōfundunt: Sculptilia em̄ sunt:
manufactā idola. Quare iam cōfundunt
omnes q̄ adorāt sculptilia: Quia viderūt
oēs ppli gloriā ei⁹. Itaq̄ oēs ppli gloriā chri-
sti p̄sentent: Erubescāt q̄ adorāt lapides: q̄a
lapides illi mortui erāt: nos viuū lapidem
inuenim⁹: imo lapides illi nunq̄ vixerunt:
vt nec mortui dicant. Lapis aut̄ noster vi-
uus est: z semp̄ vixit apud patrē: z p̄ nobis
mortuus reuixit: z mō viuūt: z mors ei vltra
nō dñabit. Hāc gloriā ipsius cognouerunt
ppli: dimittūt templa: currunt ad ecclesias.
Cōfundant oēs qui adorāt sculptilia. Ad-
huc querūt adorare sculptilia: noluerūt de-
serere idola: deserti sunt ab idolis. Confun-
dant oēs q̄ adorāt sculptilia. ^{Et} Qui glo-
riant̄ in simulachris suis. Sed extitit:
nescio q̄s disputator: q̄ doctus sibi vide-
bat: z ait: Nō ego illū lapidē colo: nec illō
simulachrū: qd̄ ē sine sensu: Nō em̄ p̄beta
v̄ potuit nosse: qz oculos habēt z nō vidēt:
z ego nescio: qz illud simulachrū: nec aīam
habet: nec videt oculos: nec audit aurb⁹.
Nō ergo illud colo: sed adoro qd̄ video: et
seruio ei quē nō video. Quis ē iste: Numē
quoddā inq̄t inuisibile qd̄ p̄sudet illi simula-
chro. Hoc mō reddēdo rōnem de simula-
chris suis deserti sibi vident: qz nō colunt
idola: z colūt demonia. Etenī fratres sicut
dicit ap̄lus: que imolant gentes: demonijs
imolant: z non deo. Nolo vos inq̄t socios
fieri demoniorum: naz scimus: qz nihil est
idolum: Ipe hoc dicit ap̄ls: scim⁹: qz nihil
est idolū: sed q̄ imolant gentes: demonijs
imolant: z nō deo. Dixit: nolo vos fieri so-
cios demoniorū. Non ḡ hinc se excusent: qz
q̄si idolis insensatū dediti nō sūt: demonijs
magis dediti sūt: qd̄ ē piculosius. Nā si tm̄
idola colerēt: sicut eos nō adiuuarēt: ita il-
lis nihil nocerēt. Si autē adores et seruias
demonib⁹: erūt dñi tui. Et qui erūt domini
tui: Inuidi tui: libertati tue necesse ē iude-
ant: semp̄ te velint possidere: semp̄ talē fa-
cere qualē possint secū trahere. Est em̄ insi-
ta maliuolētia quedā z p̄nicies nocēdi istis
malis spiritib⁹: gaudēt de malo hoīm: z de
fallacia nostra: si nos sefellerit pascunt. Et
qd̄ querūt: Non quib⁹ in eternū dñent. sed
cū quib⁹ in eternū dñant: Quō solet mali-
uolus latro nomīare innocentē. Nō quid si
fuerit vnus incensus: min⁹ ardet si duo ar-
deant: Ad in⁹ morit si duo moriant: Pena

Et
Et

[Marginal notes in a smaller, cursive hand, partially obscured and difficult to read.]

illi nō minuit: sed maliuolentia pascit: me cum moriat: nō se minus moriturū dicēs: sed solatiū habet malū alterius. Talis est diabolus: seducere vult illos q̄ cū illo puniant. Et qz non potest fallere iudicē deū: nō enī noīat apud illū innocentē: vera crimina volēs habere que obijciat: pctā persuadet. Ecce quales dños sibi faciūt q̄ colunt demonia. Que enī imolāt gentes: demonijs imolant: et nō deo. Nolo vos socios fieri demonioꝝ. Nos autē qualē deū habem⁹: Audite qđ seq̄t. Cū enī dixisset: cōfundant q̄ adorāt sculptilia: addidit et qui gloriānt in simulachris suis: ne existerent quasi reddētes rationē de simulachris et dicerēt: nō lapides sed numina colimus: Que numina colis: **Bic** mihi demōia colis: an spiritus bonos: quales sūt angeli: Sūt enī angeli sancti: et sūt spiritus maligni. Ego dico qz in tēplis tuis nō colunt nisi sp̄it⁹ maligni: qui sibi exigunt supbe sacrificiū: et volūt se coli tanq̄ deos. Mala ligni sūt: supbi sūt. Tales sūt etiā homines nō boni: qui suā gloriā querūt: et dei gloriā cōtemnūt. **Hoīes** autē sc̄tōs attēdite q̄ sūt similes angelis. Cū inueneris hoīem aliquē sc̄tū: seruū dei: si volueris illū colere et adorare p̄ deo: phibet te. Non vult sibi arrogare honorē dei: nō vult tibi esse pro deo: sed tecū esse sub deo. **Fecerūt** h̄ Apostoli sancti: **Paulus** et **Barnabas**: predicabāt verbū dei in lycania. **Miracula** cū fecissent lycanie: ciues eiusdē regiōis adduxerūt victimas: et voluerūt illis sacrificare dicētes **Barnabā** **Jouē**: et **Paulū** **Mercuriū**. Illi nō sūt delectati. An forte ideo sibi imolari noluerunt: qz demonib⁹ se cōpari execrati sunt: **Nō**: sed qz honorē diuinū exhiberi hoīb⁹ horruerunt: verba ipsoꝝ indicāt: nō suspicamur. Sequit enī lectio libri eiusdē: et dic̄ quōd moni sūt. **Tūc** **Paulus** et **Barnabas** cōsciderunt vestimenta sua et dixerūt: **Viri** frēs quid facit? **Et** nos hoīes sum⁹ passibiles similes vobis. **Intēdite** ergo quō hoīes boni phibēt eos qui illos volūt colere tanq̄ deos: et volūt pon⁹ vt de⁹ vnus colat: deus vn⁹ adoret: deo vni sacrificiū offerat: nō sibi. Sic et oēs sancti vel angeli illi⁹ gloriā querunt quē diligūt. **Ad** eius cultū: ad ei⁹ orationem: ad ei⁹ cōtemplationē: oēs quos diligunt rape et inflāmare studēt: ipm illis annūciant nō se: qm̄ angeli sūt. **Et** qz milites sūt: nō norūt gl̄iam querere nisi impatoris

